

BREVIS ET PIA
PSALTERII DAVIDICI,
ET CANTICORVM ECCLESIASTICORVM,
& Canonis Missæ explanatio, ex Doctoribus
Ecclesiasticis.

NVNC PRIMVM EMISSA IN LUCEM
per D. Ioannem à Pastura monasterij
Gemblaceñ Priorem, ordinis S.
Benedicti.



LOVANI,

Apud Stephanum Valerium Typogr.

Iurat. Anno 1560.

Cum gratia et Priuilegio.



BREVIS ET PIA
PSALTERII DAVIDICI,
ET CANTICORVM ECCLESIASTICORVM
& Canonis missæ explanatio, ex Doctoribus
ecclesiasticis.

PSALMVS PRIMVS.

Prophetæ in isto primo psalmo, tanquam in prologo, capite & principio libri (ut dicit uenerabilis pater Ludolphus Cartusianus agit de illo), qui est caput & principium omnium. scilicet de Christo, describens & prænuncians ipsius perfectionem & felicitatem. Impiorum uero uanitatem & insolentiam. Qui ergo agitur omnes ad beatitudinem tendunt, nec beati esse nisi per Christum possunt, proponit nobis Christum in exemplu. Et incipiens a beatitudine, ostendit eum ab omni malo liberum, & omni gratia plenum hoc modo:



Eatus est [vir]. scilicet Christus, qui ab ipso suæ conceptionis die fuit beatus, beatitudine claræ visionis, & perfecte fruitionis. Et vir, contra aduersa & prospera firmus, ac in omnibus virtutibus sanctus & perfectus [qui non abiit in concilio impiorum] iniquis consilijs corū consentiendo [& in via peccatorum non stetit] malum operando [& in cathedra pestilentiae] & contagio [non sedidit] doctrinam erroneam & falsam docendo, sed magis reprobando, unde dicebat phariseis. Irritum fecistis mandatum Dei, propter traditiones vestras. [Sed in lege domini] scilicet Dei patris [voluntas eius] fuit, quia à preceptis patris, filius nunquam discessit [& in lege eius meditabitur] non ad descendum, cum eam semper perfecte sciuerit, à sua conceptione, sed ad operandum & docendum [die ac nocte] id est assidue & sine cessatione, vel in prosperis & aduersis, quae significari solent nomine diei & noctis. Postquam propheta dixit Christum omnino bonum in se ostendit nobis cum utilitate, dices: [Et erit tanquam lignum] Christus enim est verum lignum vitae: quia est cibus vite quo

Amen quisquis

pano]. i. in carne mutata & incorruptibili, hoc est, de
 incorruptione carnis, & p eo q̄ mortificatum corpus sit
 immortalitate donatum. Tympanum enim fit de corio ex-
 téso siccato & firmato [&] in [choro]. i. in vocis cor-
 disq; cōcordia, vel in societate cōcordi. Chorus enim
 est temperata & vnamis vocū collatio, & quia vos
 chorus angelicis sociauit [laudate eū in chordis & ora-
 gano]. i. in carne à corruptione iam libera, cū concordi
 diuersitate, quia digni inuenti estis regno dei ad con-
 cinendas laudes diuinæ. Chordæ quippe caro sunt;
 sed iam à corruptione liberatae, quibus addit organum,
 nō vt singulæ per se sonent, sed vt diuersitate cōsonent,
 sicut in organo fieri solet. Habebunt enim sancti etiā
 tunc differentias suas cōsonantes & cōsentientes sicut fit
 suauissimus cantus ex diuersis quidem, sed nō sibi ad-
 uersis sonis. Stella enim à stella differt claritate, sic &
 resurrectio mortuorum. [Laudate eū in cymbalis bene
 sonatibus] i. in his qui se inuicē honorantes laudat deū
 et delectant, eo q̄ se inuicē honore puerūt. Cym-
 bala enim se inuicē tangunt ut sonent, et ideo in cymba-
 lis laudare deū est dum quisq; honoratur à proximo nō
 à seipso, et inuicē se honorantes, dant laudem deo. Vnde
 ne putas cymbala sine anima hic intelligi, subdit: [lau-
 date eū in cymbalis iubilationis.] Iubilatio enim est
 laus dei ineffabilis, quæ nō nisi ab anima procedit. Et ista
 instrumenta vult propheta spiritualiter intelligi, quia
 talia instrumenta nō habent locum in cælesti patria,
 sed ad designandum magnitudinem diuinę iucunditatishic
 interponuntur, q̄a secundū Greg. balbutiēdo prout pos-
 simus excelsa dei resonamus per sensibilia nobis no-
 ta, ideo apto fine cōcludit [oīs spūs]. f. angelicus et hu-
 manus [laudet dñm] qui non nisi spiritualiter est laudan-
 dus. Ethoc utiq; faciūt, q̄a ibi totius exercitus beato-
 rum officiū, est laudare et benedicere deū, secundū q̄ ipse
 dixit supra: Beati qui habitat in do. r. d. in s̄. se. lau. te.
 Ad cuius laudes et benedictionis exercitiū nos perdu-
 cat dñs noster Iesus Christus qui cū patre et spiritu
 s̄. viuit et regnat in saecula saeculorū, Amen.

**Ter quinquagenos David canit ordine psalmos,
Versibus mille sexcentos sex canit ille.**

**Ludolphus Carthusiensis sic dicit in prolo-
go super Psalterium.**

Vtile & salubre est intelligere quod nunq̄ cessa-
mus decātare. Anget quippe deuotionē intelligē-
tia, & dū intelligitur quod cātatur, mens per intelle-
ctum obligata nō euagatur. Hinc est q̄ omnes viri ec-
clesiastici & maximē religiosi ad hunc librum per dili-
gens studium meritō debent se transferre, vt ea quæ
quotidie tenentur orare & psallere, discant intellige-
re. Et sic intelligendo gustent gustu interiori
dulcedinem istius sapientiæ salutaris
libri diuinæ laudis. Hæc ibi.

Cum Gratia & Priuilegio Regis ad quadrienniū.

Subsig. P. de Lens.

EMENDATIONES.

- A Fol. 4. non consentanea lege non consentiendo.
- Fol. 5. plerumque uocem erumpens lege, in uocem erumpens.
- B Fol. 1. nunquam statim infert, lege nunquid statim. Fol. 3. Christi solennitas, lege Christi sublimitas. Fol. 6. Ecclesia quae manis, lege quasi manis. Fol. 7. ipsi ceterentes, lege existentes.
- C Fol. 4. uitam diuinitati, lege unitam diuinitati.
- D Fol. 1. persecuerando me, lege praeservando me.
- E Fol. 2. i. deerit mihi, lege non deerit. Fol. 3. in boies auferre, lege in boies quae oritis auferre. Fol. 6. mihi in gratia, I. me in gratia.
- G Fol. 1. sicut animalia. Fol. eodem gloria mlni seu testimonio, lege gloria seu testimonio. Fol. 6. uel quia Christus, lege uel potest dici quia Christus.
- H Fol. 1. rumpet iram ne cedat, lege ne prorumpat.
- Fol. 4. ut sicut ante te est, lege ut sim ante te.
- K Fol. 2. pepigit inter deum, lege pepigit enim pacem inter. Fol. eodem pro eternis acceptis, lege pro beneficijs acceptis.
- Fol. 4. Cum nostrae carnis superbia.
- O Fol. 3. sanguinem sunt creaturi, lege certaturi.
- Fol. 8. pro gratia tua, adde gratia tuas possint.
- P Fol. 4. cum munera non fuerunt, lege Nam fuerunt.
- Fol. 7. Ego unde uiuo, lege bene uiuo.
- Q Fol. 2. una terram partem, lege unam terrae partem.
- R Fol. 1. Sed quia differtur, lege quia quod differtur.
- S Fol. 7. Sed quia tam insigne aduentus, lege insignis ex utili.
- T Fol. 8. Et honestatem uitae buius, lege breuitatem uitae.
- Eodem fol. In illis premium posita est, lege primum.
- V Fol. 1. ad gradus iusta, lege ad per gradus iusta.
- X Fol. 5. pro statu, lege statutis. Fol. 8. pro iustitia, exceptis, lege sic interdicto exierunt 6 milia, exceptis.
- Z Fol. 6. pro anteacta precia, lege antea tibi peccata.
- Fol. 8. in titulo pro in psonalibus, lege in persona Christi loquitur.
- AA Fol. 3. pro cordis, lege cordibus. Fol. 5. pro amplitudinem, lege aptitudinem. Fol. 7. pro magister, lege magister.
- BB Fol. 7. prodaturus es, lege dicturus es.
- CC Fol. 4. pro bonum sit, et eruditur, lege iste, bonum sit donec obediens, et eruditur. Fol. 5. per lapsum culpar, adde et lege, et in futuro per experientiam poena.
- DD Fol. proper me poteram, lege per me non poteram.

REVERENDO IN CHRI-

STO PATRI D. LAMBERTO HANKART.

Cœnobij diui Petri apud Gemblaceñ. Abbatij
dignissimo, frater Ioannes à Pastura
eiusdem cœnobij Prior,

S. P. D.



*V*anti sit momentis summorum virorum au-
toritas (potissimum apud eos qui illorū di-
gnitatem venerātur omniq; studio & dili-
gentia offendere cauent) vel hinc, D. Abba,
plurimis de causis mibi obseruādissime, in-
telligi potest. Quum enim nuper expositionem quandā Psala-
terij Davidicī libri inter canonicos ut difficilimi, ita quoque
diuinorū mysteriorum arcenī resertissimi, ad nostri cœno-
bij priuatos vsus (nihil minus quam de iudicio publico sub-
sundo cogitā) scripsisse, tua dignitas me ab hac mēte reno-
vās, studiose q; meū agēs ut meas lucubrations in luce abire
paterer, earumq; utilitatem qualemcumq; pietatis & synce-
rae veritatis amatoribus candidē impertirer, tanti apud me
ponderis fuit, ut de pristina sententia multoq; tempore iam
confirmata, repente me deiecerit. Neque enim fas erat tanti
viri præstern in retam pia voluntatem, non dico aspernari,
sed neq; ullamodo offendere. Quum vero sensi eodem tendere
atq; nisi duorum præstantissimorum omniq; honore dignissi-
morum Abbatum (domini nimirum Ludouici Blofij Letien-
sis, & D. Ioannis Grandipratensis) voluntates non modo non
repugnauit vestris sanctissimis laudatissimisq; studijs, ve-
rum etiam promptè libenterq; obtemperavi, gauisus datam
mibi esse oportunitatem cādem opera & clarissimorum vi-
rorum gratiam demerendi & simul utilitatem pub. promo-
uendi, meisq; lucubratiunculis non vulgarem comparandi au-
toritatem. Quum enim sint non ad curiosorum, verum ad pio-
rum potius aures accommodatae, haud dubito quin pleraque,
(Praes.)

(præcipue si verba species atq; stylum) non nullis videbuntur
rudiora, & ad lucem publicam non satis exulta & elabo-
rata. Quapropter video illis summopere vestrarum dignitas-
tum patrocinio opus fore. Te igitur D. Lamberte Abba diga-
nissime, etiam atque etiam oro, ut quandoquidem tuis auspi-
cijs atque bortatu, nostri ingenij vires nominisque famam,
discriminiz & hominum maleficiatorum (quorum sæculū hoc
feracissimum est) sanis exponere non dubitauimus
buius libelli quem tibi dedico & tuæ protectio-
ni commendo, patrocinium suscipere
non graueris.

Vale Gemblaci 3. Idus Maias, Anno salutis nobis
reddite 1560.